



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

De Capella infra turres.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis & honestis petentium precibus fauorem beneuolum impertiri. Sane sicut ex parte vestra fuit expostitum coram nobis, cum venerabilis frater noster . . . *Patau. Episc.* Ecclesiam S. *Mariae de Slag* de voluntate patroni eiusdem Ecclesiae Capituli sui accedente consensu vobis pie ac prouide duxerit conferendam, in ea secundum *Præmonstraten.* ordinis instituta Domino seruituris, nos vestris precibus inclinati quod per eundem Episcopum super hoc prouidè actum est, auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se noverit incursum. Datum *Lateran.* IV. Non. April. Pontificatus nostri anno V.

De redditibus *Hall* ab Episcopo *Babenberg.*

E*V*erhardus Dei gratia *Babenberg.* Episcopus *Rudolfo Hallensi* omne bonum. Mandamus vobis sub obrentu gratiæ nostræ, vt quod de villicatione vestra fratribus nostris debetur, iuxta quod in presenti charta notatum est, certo deinceps tempore quod vobis & ipsis complacuerit sine contradictione persoluatis, singulis IV. claustris his que hic notata sunt, charta nostro sigillo signatam commodaauerimus, vt huius nostræ constitutionis ipsi fratres nostri testes sint: Quorum utilitatibus hæc bona nos & beatæ memoriæ prædecessores nostri *Otto* videl. & *Eilbertus* Episcopi prouidimus, *Rudolfus Hallensis* & vxor eius *Irngart*, persoluunt vt constitutum est IV. claustris s. *Aspach, Osterhouen, Bruuiningin* omni anno vel sex tal. & dimidium vel quantum salis pro hac pecunia dare debetur. Quarū rerū distributio talis est. Ad *Aspach* persoluunt vnum tal. vel VIII. carrat. salis, Ad *Alderspach* X. sol. vel X Carr. salis. Ad *Osterhouen* XII. sol. aut totidem Carr. salis Ad *Bruuining.* XX. sol. vel totidem Carr. Salis, sexaginta dn. qui super sunt de prædicta pecunia ad ius villie pertinent.

De Capella infra turre.

Notum sit Christi fidelibus nunc & in futuro *Otto* beatæ memoriæ Dei gratia *Babenbergen.* Episcopus; Capellam quam in honore S. *Mariae* construxit & dedicauit circa an. Dn. M. C. X. S. *Margareta* feliciter & humiliter pro animæ suæ remedio contulit, eum omni totali beneficio, quatuor mansus, & tertiam partem vnius mansus. Insuper dimidium mansum *Osterhouen. fratrib.* in eodem loco Deo militantibus proprietariis, quem Sacerdos quidam *Engelgiz* præsens pro beneficio habuit. Addit etiam his dimidium mansum *Maegnig.* ad anniuersarium obitus diem *Hezli Ducis*, dimid. tal. *Wintzer.* & dimid. de *Osterhouen* duos mansus & dimid. in honore S. *Margaretae* assignauit, vt annuatim eius memoria pie & honestè condicatur & locum quendam iuxta *Goffenpach.* Item addidit mansum *Rupertii* de *Lintzing* ad idem altare seruiendum.

Quod Monasterio liceat suas Ecclesias Parochiales in officiare, & indignos reuocare.

Vniuersis præsentibus litteras inspecturis. *Milo* miseratione diuina *Suesion* Ecclesiae minister humil. Salut. in Domino. Nouerint vniuersi quod nos anno Domini M. C. C. LXX XIII. Die Mercurij post festum beati *Dyonisij* litteras infra scriptas vidimus, & diligenter de verbo ad verbum inspeximus, tenorè qui sequitur continentes. *Alexander* Episcopus seruus seruorum Dei. Veni fratri;